

Uniendi potestas interdum Episcopo ab ipsa lege interdicatur:

1.° Unire nequit Beneficia nempe parochiam monasterio, dignitati, Capitulo, aut Collegio; 2.° Beneficia libera Beneficiis iuris patronatus; 3.° Beneficia unius dioecesis cum aliis alterius dioecesis; 4.° Mensae suae aut mensae Capitulari; 5.° Et Beneficia ad alius vitam.

Beneficia semel unita iterum disiungi et iterum in pristinum statum restitui possunt,

Dummodo cessante causa ob quam unita fuerunt, et adhibitis iisdem solemnitatibus.

Disiunctio Beneficiorum, fieri potest ab Episcopo

In Beneficiis, quae a se vel ab antecessoribus suis, et immo etiam probabiliter a Papa unita fuerunt.

Facta Unionis revocatione Beneficiorum

Beneficia primam eorum naturam et iura assument, sed salvum manet actualis possessoris ius, cui praeiudicium afferri non debet.

Personalis Unio Beneficiorum tunc accidit

Cum clericus ex vero titulo plura simul retinet Beneficia, quin realiter eadem sint unita.

Sacri Canones magno opere abusus Unionis Beneficiorum personalis damnant:

Quia Beneficium datur propter officium et incapax est quis plurium officiorum ideo plurium Beneficiorum; Beneficium datur pro sustentatione, quam ubi quis obtinet ex uno, ex alio Beneficio quaerere amplius nequit.

Imminutis Beneficiorum fructibus, necesse fuit ad clericum alendum simultaneam plurium Beneficiorum retentionem permittere

Modo ipsa Beneficia inter se compatiblea essent.

Incompatiblea Beneficia dicuntur ob triplicem rationem, nimirum:

Ratione residentiae, ratione uniformitatis et consistentiae, et ratione sufficientiae.

Beneficia incompatiblea sunt ratione residentiae, ut sunt duo Episcopatus etc.

Quia nemo potest in duabus ecclesiis residere.

Incompatiblea Beneficia ratione uniformitatis et consistentiae, dicuntur;

Quia Ecclesia privatur opera unius ministri et Beneficiorum pluralitas in eadem Ecclesia invidiam generat inter fratres.

Beneficia incompatiblea sunt ra-

Quia Beneficia non dantur ad fovendam ambitio-

nem sive avaritiam, sed ad honestam clerici sustentationem.

tione sufficientiae:

Ideoque determinandus est ab aequo et prudenti Episcopi arbitrio, iuxta morem regionis, qualitatem locorum et temporum, ac conditionem personarum.

Non est in iure determinatus reditus ad honestam clerici sustentationem;

Utroque Beneficio, scilicet primo et secundo, privatur ipso iure; post adeptam possessionem dicitur, quia incompatibilitas non est in acquirendo, sed in retinendo; *actualem*, ad possessionem corporalem indicandam; *plenam*, quia haec possessio debet esse coniuncta cum perceptione fructuum, saltem maioris eorum partis, et *pacificam*, quatenus a molestiis de iure et facto libera esse debet.

Qui recipit secundum Beneficium cum primo quomodocumque incompatible, post adeptam secundum actualement, plenam et pacificam possessionem

Quia in secundi tantum assecutione Beneficiatus in culpa fuit, et crimen patravit.

Primum Beneficium per Episcopum conferendum est, dum secundum manet S. Sedi reservatum

Quia nemo inauditus, et sine causae cognitione, sua possessione, vel quasi possessione, spoliari potest, ita Cap. 28, de praeb. in 6.

Episcopus cum primum Beneficium cuiquam contulerit, hic in Beneficii possessionem immitti nequit, nisi citato et audito antiquo possessore:

Cum ipse ex legitimo titulo in eandem per habentem potestatem immissus fuit, et in ea per duorum mensium spatium sine molestia et controversia iuris vel facti, in iudicio vel extra, tutus mansit.

Pacifica possessio secundi Beneficii ex parte temerarii detentoris tunc apprehensa dicitur

De Beneficiorum Divisione et Dismembratione.

Beneficia conferenda sunt sine diminutione.

Regula iuris Canonici, quae Gregorii IX est:

Beneficia nec dividi, nec dismembrari posse, sed integra in statu in quo reperiuntur, conferenda sunt.

Iuxta regulam Gregorii IX sequitur:

Cum unum Beneficium in duo, vel plura scinditur.

Beneficiorum divisio fit

Cum aliqua pars reddituum ex Beneficio, vel ter-

Dismembratio fit.

ritorio parochiae subtrahatur, et alteri clerico, vel parochiae assignetur.

Ex regula generali Beneficia dividere nequeunt:

Quia Beneficium tum maius, tum minus, ex sua natura unum corpus efficit, et sacerdotem unum requirit, ne in uno corpore plura sint capita.

Ex rationabili causa Papa potest Episcopatus et Beneficia maiora dividere, et Episcopus minora et parochias.

Quia quandoque tales occurrunt circumstantiae, ut bono Ecclesiae et animarum valde expediat, ex uno pingui Beneficio, vel ex una ampla parochia, duo Beneficia, vel duas parochias efformare, quae proprium habeant corpus, et sacerdotem; in his generalis regula limitationem habet.

Rationabilis causa ad divisionem Beneficiorum

Ea dicitur, quae necessitatem aut evidentem utilitatem affert.

Dismembratio in se prohibita est,

Quia Beneficium ex sua natura unum corpus efficit.

Dismembratio licita fieri potest

Ex iustis causis, et ex legitima auctoritate facta.

Ad legitimam efficiendam dismembrationem illae solemnitates requiruntur

Quae necessariae sunt in unione et in rerum ecclesiasticarum alienatione.

Hic loquitur de dismembratione

Quae ex facto hominis contingit, ut sunt *pensioes, vicariae, coadiutoriae et commendae.*

Pensio ecclesiastica est

Certa pars fructuum ex alieno beneficio decerpta, et alteri personae ex legitima causa, et auctoritate assignata.

Vicaria ecclesiastica in Beneficialibus est

Ius exercendi functiones alterius Beneficio inhaerentes cum congrua fructuum assignatione.

Coadiutoria est

Ius adiuvandi beneficiatum in regimine Beneficii cum congrua fructuum assignatione.

Commenda iure antiquo erat

Custodia aut administratio vacantis Beneficii pro tempore vacationis alicui concessa; nunc vero Tridentinum declaravit, neminem posse retinere duo Beneficia, licet unum sit in titulum, et aliud in perpetuam Commendam.

Ius patronatus definiri potest

Facultas praesentandi clericum idoneum ad Beneficium ecclesiasticum vacans, cum aliis iuribus et oneribus coniuncta.

Ius patronatus dividitur

In ecclesiasticum, laicale et mixtum.

Quod ex bonis ecclesiasticis fuit institutum, et quod a persona ecclesiastica exercetur. Ius ecclesiasticum patronatus est

Quod ex bonis saecularibus fuit erectum, quodque a laico tanquam persona privata exercetur. Ius patronatus laicale est

Quod de iure patronatus laicali et ecclesiastico participat, partim possidetur a clericis vel a laicis; constitutum partim ex bonis ecclesiasticis vel laicalibus. Ius patronatus mixtum est

Quod alicui dat ius ut praesentet. Ius patronatus activum est

Quod alicui dat ius ut praesentetur. Ius patronatus passivum est

Quod competit alicui rei vel praedio, a cuius possessore exercetur. Ius patronatus reale est

Quod competit alicui personae independenter a re. Ius patronatus personale est

Quod cum haereditate ad quoscumque haeredes devolvitur. Ius patronatus haereditarium est

Quod agnatis, vel determinatae familiae reservatur. Ius patronatus familiare est

Quod ad agnatos et cognatos extenditur. Ius patronatus gentilium est

Primitivi, secundarii et derivativi. Modi quibus ius patronatus acquiritur sunt:

Dotatio, aedificatio et fundatio, iuxta illud Glossae: Patronum faciunt dos, aedificatio, fundus. Modi primitivi quibus ius patronatus acquiritur ipso iure, sunt:

Qui dat fundum, sive solum, in quo est Ecclesia construenda. Ille dicitur fundare

Qui propriis sumptibus Ecclesiam primus extruit, vel iam collapsam reaedificat. Ille dicitur aedificare

Qui pro Ecclesiae manutentione, pro ministris et utensilibus redditus sufficientes assignat. Ille dicitur dotare

Si non sunt sufficientes redditus assignati pro dotatione iurispatronatus. Dicitur Benefactor non Patronus

Qui aedificat vel reaedificat, fundat et dotat Ecclesiam, modo adsit saltem praesumptus Episcopi consensus. Ipso iure absque ulla iurispatronatus reservatione, Patronus fit

- Patroni in solidum fiunt Si plures in idipsum concurrunt, ut unus fundet, alter aedificet, et tertius dotet.
Privilegium Summi Pontificis, et praescriptio.
- Modi secundarii, quibus ius patronatus acquiritur ex gratia, sunt duo, nempe:
Summus Pontifex potest alicui ius patronatus concedere; sed Tridentinum haec privilegia sustulit, licet Patroni veram, aut quasi possessionem praesentandi haberent.
Sess. 25, c. 9 de ref. Sustulit haec privilegia quia nimium multiplicata in Ecclesia fuerunt.
- Tridentini PP., in suo robore manere decreverunt privilegia ex iurepatronatus concessa Summis Principibus, et concessa in favorem studiorum generalium.
- Praescriptione, ius patronatus acquiritur Gratia magis quam ex iustitia.
- In privatis personis, ad consequendum ius patronatus sufficit Praescriptio immemorialis a multiplicatis praesentationibus.
- In personis publicis, ad ius patronatus requiritur Praeter praescriptionem immemoriam, continuatione praesentationes per spatium quinquaginta annorum, quae per authenticas scripturas probentur, et suum effectum sint sortitae.
Quibus de uno Patrono in alium transfertur.
- Modi derivativi acquirendi ius patronatus illi sunt Reali, haereditario, familiari et gentilitio.
- Modi derivativi evenire possunt in iurepatronatus: Per testamentum, donationem, permutationem, venditionem, sententiam iudicis, praescriptionem; ex causa emphyteusis, locationis, ususfructus, dotis in maritum.
- In iurepatronatus realis translatio fit Ad quoscumque haeredes, ad plures haeredes, et in solidum est exercendum, ad haeredes fundatores et ad haeredes plurium Patronorum.
- In iurepatronatus haereditario ius patronatus transit

- Est quaedam imago haereditatis fideicommissariae.
Ius honoris, ius alimentorum et ius praesentationis.
Quod Patrono venienti ad ecclesiam occurrat illius clerus, et quod in solempni processione ei honoratior assignetur locus. Quod extra presbyterium eidem dignior statuatur sedes. Quod in collectis possint exprimi nomina Patronorum defunctorum, non vivorum. Quod primum post clerum Patrono offeratur thurificatio et aspersio; et quod Patronus in reservata sepultura ecclesiae patronatae sit tumulandus, si aliam non elegerit. Hi et alii honores tribuntur Patrono ex iustitia.
Quod Patrono ad inopiam reducto ecclesia alimenta suppeditet, ex redditibus superextantibus, quia tenetur donatarius erga donantem beneficium beneficio rependere.
Facultatem Patrono concessam nominandi et offerendi Ordinario collatori rectorem, vel clericum, qui sit inde, si idoneus est, ab eodem Ordinario in vacante ecclesia, sive Beneficio instituendus.
Patronus tenetur primitus dotem constituere et conservare; Ecclesiam reficere et ornare; et Ecclesiam et Beneficium defendere et utrumque ab oppressionibus vindicare.
Destructione ecclesiae, familiae aut gentis; praescriptione immemoriali cum allegatione probabilis tituli; renunciatione Patroni; delicto patrato in persona rectoris aut clerici Ecclesiae patronatae; abusu de quo Tridentinum loquitur; et denique derogatione a Summo Pontifice pro aliqua vice facta in toto, vel in parte.
- In iurepatronatus familiari et gentilitio
Inter iura Patrono tributa recensentur:
Ius honoris Patroni comprehendit
Ius alimentorum Patroni in hoc consistit
Ius Patroni praesentationis, quod praecipuum est, significat
Onera Patrono imposita, sunt:
Ius patronatus extinguitur
Beneficia vacare dicuntur triplici modo, scilicet:
Beneficia dicuntur
- De Beneficiorum Vacatione.
- De facto, de iure tantum, de iure et de facto, prout carent possessore, proprietario, aut utroque.
Cum nemo est qui actu Beneficium possideat, vel

vacare de facto tantum. Et vacatio impropria est, Beneficia dicuntur vacare de iure tantum,

Beneficia dicuntur vacare de iure et de facto simul. Et vacatio vera et plena est, De possessione duas regulas Cancellariae habemus, scilicet:

Occasione facti, quod statum importat eum Beneficio incompatibilem, ius Beneficii privationem pronunciat.

Occasione delicti ius Beneficii privationem pronunciat,

Iudicis sententia condemnatoria Beneficii privationem infert,

Duae sunt sententiae in causa privationis Beneficii, nempe:

Magnum est discrimen inter sententiam declaratoriam et condemnatoriam, videlicet:

quia habens titulum a possessione cecidit, vel quia habens titulum possessionem nondum est assecutus.

Cum adest qui Beneficium possidet, sed non habet titulum, aut ius possidendi, aut ipse promotus a iure Beneficii aliquo modo ceciderit.

Cum nemo est qui possideat et nemo est qui habeat possidendi ius.

Prima de *annuali possessore*: Secunda, de *triennali*.

Ut in eo qui professionem religiosam emisit quoad Beneficium saeculare ante professionem possessum; qui matrimonium contraxit; qui militiam armatam suscepit; qui ad Episcopatum promotus fuit; et qui per decem annos Beneficium habuit pro neglecto, postquam monitus detrectat sui officii partes implere.

In casu assassinii quoad committentes et mandantes; homicidii et hostilis insectationis contra Cardinalem, aut Episcopum; haeresis, apostasiae, et schismatis coniuncti cum haeresi; simoniae realis et confidentialis; falsariorum Litterarum Apostolicarum; intrusionis in Beneficium; insordescitiae dolosae in excommunicatione ultra annum; procurationis abortus foeti animati, effectu sequuto; duelli solemnibus, privati, provocati, licet morte non sequuta; et occupationis bonorum ad ecclesias quascumque, et ad pia loca pertinentium.

Quia tres iam prodierunt sententiae conformes.

Declaratoria et condemnatoria.

In declaratoria, privatio inducitur a die commissi criminis, in condemnatoria non inducitur nisi a die sententiae latae; inde collatio Beneficii facta post crimen et ante sententiam declaratoriam est valida, collatio facta ante sententiam condemnatoriam est nulla;

Beneficiatus in sententia declaratoria tenetur ad restitutionem fructuum a die commissi criminis; et condemnatoria a die sententiae latae.

De Beneficiorum Renunciatione.

Dimissio beneficium ecclesiastici a Beneficiato libere facta, et a superiore acceptata. Renunciatio sive resignatio est

Quae resultat ex facto, quo posito, Beneficium ulterius retineri nequit, ut professio religiosa. Renunciatio tacita est

Quae fit scriptis, aut verbis coram Superiore expressis. Renunciatio expressa est

Quae fit sub aliqua conditione, modo aut pacto. Renunciatio expressa conditionalis est

Ne temere Episcopus solvat spirituale coniugium, quod cum sua inivit Ecclesia. In omni renunciationis specie iusta causa concurrere debet,

Propter debilitatem corporis, defectum scientiae, conscientiam criminis, quod Episcopalis exercitium potestatis impediatur, irregularitatem personae, malitiam plebis adversantis Pastorem, et scandalum. Causae pro resignatione Episcoporum describuntur ab Innocentio III.

Episcopi... eorum dumtaxat resignationes admittere possint, qui senio confecti, aut veletudinarii, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxii, censurisque ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiae, vel Beneficio inservire, obtinentes plura Beneficia, volentes profiteri Religionem, contrahere Matrimonium, et existentes in vitae periculo ob capitales inimicitias in loco Beneficii excitatas. Causae pro inferiorum renunciatione a S. Pio V his verbis exhibentur:

Quod non sit a lege prohibita, quod potest evenire ratione Beneficii et ratione personae possidentis Beneficium. In omni specie renunciationis observandum est

In Beneficio litigioso, nulla litis mentione facta, et in Beneficio vacante. Resignatio Beneficii a lege prohibita est

In clerico, qui facta resignatione, aliunde non habet quo in vita possit commode sustentari; qui promotus fuit ad sacros Ordines sub titulo alicuius Beneficii quod nequit dimittere ob eandem rationem; Resignatio Beneficii ratione personae possidentis, est a lege prohibita